reclegistis in damnum Actoris quod sibi contra Vos Centum marcis Polonic
taxat Judicialiter sitis terminum attentaturi et responsuri Datum in
Curia Regia Branscen feria secunda post festum Nativitatis Sancti
Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo
Quinquagesimo Primo. Cuius quidem Citationis praeinsertae copiam Sigillatam
Ministerialis Regni Generalis Providus Stanislaus Malewayko ab
Vna integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis Citatis pro
priis posuisse et publicasse recognouit. Memoratus Actor Citatam supra
nominatam partem ad officium praesens per Ministerialem Regni
Generalem Nobilem Benedictum Proszenski iuridice clamatam et
non comparentem in lucro suo videlicet taxa in Citatione expressa
ex Regestri ordine ac admissione officii praesentis iudicialiter condemnauit
In vim autem lucri praetacti modo praemisso in contumaciam obtenti
Officium praesens Castrense Capitaneale Branscense visa et considerata Citati
clamati et non comparentis contumacia et temeritate iuri communi et
asseclationi Actoris ac contentis Citationis inhaerendo super praedi
cto lucrum taxa sub poena bani
cti citatis et bonis eorum omnibus
tionis praesentibus interposita decernit Decreti praesentis vigore.

Gorski

Lucrum

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis
Franciscus Joannes in Klocow Lesnowolski Branscensis Capitaneus
Vobis Nobilibus Stanislao olim Venceslai Gorski Christophero
filio suo in Gorskie haeredi de personis bonisque Vestris omnibus
Vigore Regio et nostra Capitaneali qua hac in parte fungimur authe
mandamus Vt in Judiciis vigore Constitutionis Anni 1627 de Judi
ciis sub tempus motionis Generalis Bellicae sancitae feria secunda
post datam praesentis Citationis prius et proxime in Curia Regia
Branscensi celebranda personaliter et peremptorie Compareatis Ad Instantiam
Instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Adami
olim Alberti Gorski de ibidem haeredis qui Vos inhaerendo praefa
tae Constitutioni In vim facti termini peremptorie citat eo
quia Vos non metuendo poenas de expeditione Generali bellica
sancitas in contemptum Securitatis publicae ausi estis equum coloris
Siwey valoris Quadraginta florenorum polonicalium Actoris proprium sub
tempus praesentis motionis Bellicae de campis villae bonorum Gorskie
vi et violenter recipere prout de facto recepistis existentesque ab eodem
actore moniti et requisiti reddere et restituere noluistis prout hucusque
non reddidistis nec restituistis quo facto pacem et Securitatem

publicam Violasset plenasque eo nomine sanctas succubuisse pro qui
bus super Vobis decernendis Una cum restitutione praefati equi Citami
ni iudicialiter itaque sitis Terminum attentaturi et responsuri Datum in
Curia Regia Branscen. feria secunda ante festum Sanctorum Petri et
Pauli Apostolorum proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quin
quagesimo primo. Cuiusquidem Citationis praeinsertae Copiam sigilla
tam Ministerialis Regni Generalis Providus Laurentius Szwiecki
ab Una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Cieszkie
Citati propriis posuisse et publicasse recognovit Memoratus Actor Citatos
supra nominatos ad officium praesens per Ministerialem Regni Generalem
Nobilem Benedictum Poszinsky iuridice iuxtaque formam iuris
clamatos et non comparentes in facto restitutionis equi suprascripto ex
Regestri ordine ad admissionem officii praesentis eiusdem condemnavit
In lucrum autem eiusmodi condemnationis lucri praeclaudi modo prae
misso in contumaciam obtentae Officium praesens Castrense Capitaneale Bran
scense Visa et considerata citatorum clamati et non comparentis Con
tumacia et temeritate iuri communi et partis actoreae affectationi
ac contentis Citationis inhaerendo super praedictis citatis et bo
nis eorum omnibus lucrum restitutionis equi cum repensione
clamnorum sub poena banitionis quod ex nunc decernitur decer
nit Decreti praesentis vigore.

Bankowskich 100 Marc. Lucrum

Super Citationem literalem Castrensem Capitaneale Branscen. tenoris talis
Franciscus Joannes in Clecon Lesnowolski Branscen. Capitaneus
Rigore Regio et nostro Capitaneali authoritate mandamus Tibi Nobili
Paulo Krzyński olim Nobilis Joannis Szeroplinik Krzyński de
Banki Haeredi de Sentencie bonisque tuis omnibus mandamus
Ut in iudiciis vigore Constitutionis anni 16.. laudi terrae istius
Bielscen. in Curia Regia Branscen. feria secunda post datam praesentis
Citationis prius et proxime in Curia Regia Branscen. celebrandis
pariter et peremptorie compareas Ad Instantiam Nobilium Nicolai
Spak Bankowski olim Nobilis Adami Spak Bankowski Petri
olim Jak Bankowsky Pauli olim Joannis Pauli olim Ara
Garmocz Bankowski de Banki haeredum Actorum qui te in diem
Termini facti peremptorie citant ideo quia tu non attendendo poenas
legibus et constitutionibus Regni de expeditione bellica sancitas sumptus et
impensas ac stipendia ad manus Actorum qui attendendo rigorem iuris
suo sumptu et impensis cum aliis haeredibus bonorum Banki pro suo et
tuo interesse contra licentiosos kozakos ac multas Catervas Scytha
rum expedivervnt de bonis tuis in eadem haereditate Banki sitis per te
possessis videlicet de Uno integro Manso dare et solvere non vis neque curas